poterit dici: animal est homo mortalis bipes
risus capax. Eadem et de homine potes
dicere: homo est animal mortale bipes
risus capax. Certum est ergo invicem sibi
coniunctis generibus easdem species
differentias inveniri. In divisis vero generibus hoc
inveniri non posse. Unde aristoteles ad eaque
dixit [illegible] revertor. Quinque vero prius diximus aliud
cum alio tractari non posse. Nam et
qui dicit aliquid de eo, dicit quid est, et id quod
non potest ab altero intellegi non dicat.
Ergo eorum que nulla sui copulatione (id est sine coniunctione)
dicuntur, quaecumque singulare dictum fuerit
aut usiam significat, aut qualitatem, aut
quantitatem, aut ad aliquid, aut facere, aut
iacere, aut pati, aut ubi, aut quando, aut habere. Hae sunt
cathegoriae decem. Quarum usia est prima
scilicet quae novem ceteris substinet.
Reliquae vero nomine simbebicota, id est ac
cidentia sunt. Ex quibus nomine sunt alia in ip
sa usia, alia extra usiam, alia intra
et extra. Qualitas quantitas et iacere (id est positio corporis)
in ipsa usia sunt. Mox enim ut usiam vel hominem
vel equum dixerimus, adiutam (necesse est) bipedalem
tripedalem aut album aut nigrum aut stan
tem aut iacentem, haec ipsa sunt in re ipsa
esse non possunt. Alia sunt extra usiam ubi
quando habere. Et locus enim non ad usiam non pertinet.
Et tempus in utrum et armatum ab usia se
parata sunt. Alia sunt communia id est
et intra et extra usiam sunt. Ad aliquid et
facere et pati. Ad aliquid ut maius et minus
utraque enim dici non possunt, nisi iuncto
alio quod maius sit vel minus, propter ea ergo unum
in se habent. Aliud extra se. Item facere
et extra et intra. Ut cedere quis quidem dici non potest
nisi aliquem cedat, vel legere nisi ipse legeris
aliud sit.

Aliud quod legit. Ita ergo et in [redacted] usia est
et extra [illegible] pati similiter. Cedi enim
vel uri nullus potest nisi ab alio patiatur.
Propter ea hec quoque et in usia est et extra usiam.
Haec ergo singularia sunt nec (id est vera vel falsa accidentia, non adiunguntur aliis) affirmant.
Copulata vero faciunt ex se aliquem
sermonem vel hypostacticum vel latinae
ticon vel hypoaticon vel anacliticon id est.
Ut haec quoque latino ore monstremus vel im
perativum vel optativum vel interrogativum
vel vocativum. Haec quoque sermonis quae quattuor
genera suspensa sunt interim ideo quia semi
plena neque enim iam intellegitur vel quod imper
ativum sit, vel quod optativum vel interrogativum
vel quod vocativum nisi accesserit genus.
Catafaticon id est pronuntiativum quod
habeat in se quandam confirmandi
sententiam; Qua aliquid aut addat aut
demat. Quem aristoteles cataphasin (id est affirmatio)
et apofasin (id est negatio vel depulsio) dixit. Ut est hoc celum
volubile est. Celum hoc non est volubile.
Ipsum deinde pronuntiativum quod diximus
catafaticum aut falsum aut verum. Quod
ob rem omissis quattuor quae magis
ad grammaticos vel oratores pertinent,
huius apofatici quem philosophos
attigit aristoteles habuit rationem.

Exponitur ergo omnibus quae disputantur
nequaquam videbuntur singulas cathe
gorias oportuit definiri. Sed usia quoniam sum
mitatem definiri non potuit. Quae percipit
ut definitio quoniam possit tendi latius
atque sumat exordium. Ipsa vero usia
genus non habet ergo omnia ipsa sustineat
praeparante eam volunt. Ut quod sit non solum
definitio verum partium quoque cognitio nos
cat. Est ergo usia per se et principaliter dicta